



2 VII 194

10/53

57 - 100.

In
Exequias

VIRO

*Eruditione eximia, humanitate singulari, pietate
non vulgari, meritis multorum annorum in
Gorlicensem Scholam gravissimo,*

DN. PAULO

GEBHARDO, Gorl.

Collegæ in Gymnasio

solertissimo,

solenniter ducendas,

&

Breve Programma

&

Collegarum, nonnullorumq;

ex discipulis,

debita ex amore, atq;

observantia,

Epicedia.

Typis Gorlicens. CHRISTOPHORI ZIPPERL.
Anno M. DC. LVIII.

IDN 9046115

Phil. c.i.
v. 21.

Ula mente *Apostolus fuisse legitur: ubi de se profitetur: vitam sibi esse Christum, mortem autem lucrum: eadem esse pareat: quotquot Christiani non perhiberi tantum, sed esse etiam volunt.* *Quid enim cum aequitate conjunctius: quam, ut à quo vitam verè beatam, & illam aeternam speramus, in ejus laudem atq; bonorem fugacem banc transfigamus, in id assidui atq; accubus: ut vitæ nostræ actiones ejus gloriae, in quem unquam fieri potest modum, velificantur omnes. Sane gentium Doctor id à nobis jure postulat: quo loco, ut omnia in DEI gloriam faciamus, monet.*

I. Cor. io *Sed neg, iniquus aut in DEUM, aut in se existimandus est: qui vitæ futuræ gaudia cum caducæ*

v. 31. *bijus molestiis componens, esse cum Christo exoptat, mor-*

Phil. c.i. *temq; adeo suum vocat lucrum. Etiam quantillum superest in homine rectæ rationis, apud Sophoclem in Antigone, ipse Antigonea suadebat; ut ad Creontem diceret:*

*"Οσὶς ἐν τῷ θλοῖσιν, ὡς ἔγω, ναοῖς ζῆ
Πῶς δ' οὐχὶ κατθανὼν οὐέρδε φέρει:*

*Qui in multis, ut ego malis vivit,
Quomodo hic non mortuus lucrum fert.*

Scili-

Scilicet hoc volebat Antigone: si qui jacturam fecerit ejus, quod longe erat charissimum, si perpetuis inde ustulatur curis, si undiquaq; adversa in ipsum detonent, huic tantum abfore, ut mors, molestia futura sit aut damno; ut potius levamento atq; lucro.

Quo Paulus de vita morteq; sua judicio erat, eodem etiam erat Meritisimus senex Dn. PAULUS GEBHARDUS, Collega in hoc ludo nostro literario per annos bene multos à diligentia prudentiaeq; & tolerantie laude commendatisimus: cuius quod mortale fuit, jam nunc publico funere est efferendum. Sic enim in animum induxerat, Christiani hominis esse, eo opera omni, omnibusq;, quod dicunt, unguis eniti: ut divini nominis gloriae amplificandæ serviat; Si de præsidio autem & statione vitæ decedere jubeat summus Imperator, ne decedat invitus. Itaq; & suum esse præ se non obscuris verbis ferebat, etiam in scholastico pulvere, sine nausea molestiarum, quæ familiares sunt Scholis, facere quæ essent officii: neg, invitum parere vocanti ex vita DEO.

Cujus suæ mentis non unum documentum dedit hoc suo morbo: qui ipsi extremus fuit, & invaletudinis nunquam redditura autor: quippe quo non semel, sed iterum atq; iterum profitebatur, si volenti DEO esset, nt porro sibi docendum esset in Schola, non negaturum

se operam, quantum posset: sin aliter visum vitæ mortis arbitro, minime se eidem obluctaturum, Quod ipsum factum, mensis hujus Februarii die supra decimum primo: cum vitam exegisset, in annum sexagesimum septimum, & mensem cum octiduo quartum. Qui enim superioris seculi annus erat nonagesimus, is Gebbardum nostrum III. Octobris Gorlicio dedit, honestissimis è parentibus, Patre PAULO GEBHARDO pannifice, matre ELISABETHA Fiedlerin / fœmina commendabilissima pietatis. A quibus, cum indicia apparerent in pu-
filo, indolis ad literaturam erectioris, Anno etatis cli-
macterico minore primo, Scholæ patriæ commissus fuit,
supremam tum vitem Scholasticam gestante Magnino-
minis Philologo & Philosopho Dn. M. MARTINO MY-
LIO tamen dudum managit. Afferebat in ludum puer &
Adolescens exerebat animum discendi avidum, faci-
lem parendi, solertem notandi, quæ olim essent profutu-
ra. Cujus suæ diligentiae & in Praeceptores observantiae
bunc fructum tulit: ut annos natus non omnino XXII.
ex patria Schola in Celeberrimam Electoralem Lipsien-
sem abiret cum Euonymia Praeceptorum, & privatim
Magni illius Dornavii tum temporis Gymnasii Recto-
ris longe celeberrimi egregio per Testimonii formam
elogio.

In

In ipsa porro Academia ita operari studiis libera-
libus, ita auditioni in Scholis, sic maritare modestia & pie-
tatem: ut Amplissimus patriæ urbis Senatus causam
baberet: quamobrem Juveni impensè faveret. Ergo,
cum in Schola bac locus esset docendi pullitiem schola-
sticam vacuus, dignum GEBHARDUM judicavit: qui
ad Spartam hanc Lipsia evocaretur. Quam Patrum
conscriptorum voluntatem, cum crederet non ab ludere
à divina, sic amplexus est: ut sisteret se inferioribus
sub selliis didascalum, atq; illud Januarii tertio die ejus
anni: qui bujus seculi erat quintus decimus. Hanc
ipsam autem provinciam sic administravit: ut non de-
prehenderetur in eo, quod reprobandi jure posset: non
quod fidem attinebat, non quod industriam, aut pru-
dentiam. Quo in studio, cum strenuus vegetusq; de-
curreret, nescio quæ illicia in vicinam Silesiam provo-
carunt & evocarunt tandem: ut in eandem abiret con-
ditioni valedicens Scholasticæ, non equidem otium,
aut genio indulsum, abdominiq; operatum, sed Genero-
fissimorū Nobilissimorumq; quorundā virorū filios eru-
ditum, abiret autem, cum ab Honoratissimo urbis Sena-
tu amplissimo, tum laculentissimo à Rectore ludi Dn M.
ELIA CÜCHLERO, Viro & eruditione & meritis in
rem publicam literariam celeberrimo, ob ornatam pro

A 3

viri-

virili Spartam instructus. In illis, ad quas modo colli-
neabamus ἐΦορίαις, sic se gessit: ut multum amaretur à
parentibus, observaretur à discipulis, desideraretur ab
utrisq; cum missionem petiisset certis de causis & ab in-
vitis impetravisset. Transacti sic illi sunt anni in Sile-
sia aliquot: à quibus in Lusatiam suam rediit & in au-
lam concessit Generosissimi & vere Magnifici Viri
Dn. HIOBI de SALTZA, Ebersbachii, Markersdorffii,
Krauschæ Toparchæ & Gorlicensi Ducatui per plures
annos à Prefectura, & concessit in eam: ut Nobilissimæ
Pueritiæ Salzianæ à studiis esset, & formandis ad hu-
manitatem moribus. In qua sua functione idem fuit,
qui ante in cæteris, solers, prudens, obvius superioribus
ad nullum non cui praestando par esset, officii genus.
Cum egregiam operam in quartum annum poliendis
nobilissimis ingenii navasset, vita genus mutare, nec
temere, decrevit: & cui ante cælibi vivere allibuerat, al-
libuit in posterum vivere marito. Placebat autem illi,
in amicum & familiarius corporis consortium Regina
Flein Ungerin virgo à corporis, judicii egregiis dotibus,
reig; familiaris gerenda notitia præmodum commenda-
bitis: qua cum etiam vixit maritus per annos XXI,
non item Pater, conjugio non sanè facundo, sed tamen
per animorum eximum consensum verè secundo.

Gum

Cum Anno XL. in mortalibus esse desisset Praestantissimus, Literatissimusq; Vir Dn. PETRUS RICHTERUS in Collegis Scholæ quartus, sed eruditione, docendi fide & gnatate superioribus non inferior, factum est: ut Amplissimus ordo in meditationem solertia circa erudiendam juventutem ante adbibile, per GEBHARDIANI nominis amantes vocatus, bene se Scholæ consulturum putarit: si in sancte mortui locum succedere GEBHARDUM juberet. Ab eo tempore anni jam abierunt septendecim: quibus omnibus tantum adbibuit in docenda juventute dexteritatem: quantam officii ratio exigebat, ipsaq; ejus indoles juxta suggerebat: per quam sic affectus erat: ut prodesse omnibus anniteretur, caveret ulli obesse. Hæc eadem ita in docendi officio detinebat: ut quamvis à proximis Januariis Calendis valetudo afflictior operarum scholasticarum intermissionum imperaret, semper tamen, ubi ubi aliqua virium recuperandarum Specula allucebat, repetitum se easdem dicceret. Et ausus fuisset se illis reddere, vel V. Id. mensis bujus: nisi lectissimæ Conjugis prudens in maritum amor sufflamen posuisset: cum descensuro in porticum crura ex senio, & morbi nondum plenè debellati recidiva vi minime suffectura deferendo viderentur.

Ab eo ipso die pejus babere cepit, sed pessime subsequen-

quente Solis, indiciis se non unis offerentibus catbarri
in ipsum vitæ reciprocantisq; animæ viscus, non sine
suffocationis molimento, deruentis. Nec destitit hic vi-
tæ hostis jacentem oppugnare, donec expugnaret, trium-
phumq; adeo de viro reportaret, non quidem illum inso-
lentem; quippe Dei decreto ejusq; atriensis naturæ suf-
fragio familiarem: sed morienti tamen non nocentem:
qui animam efflabat Deo datori dudum commenda-
tam, certusq; erat, fore: ut de morte item ipse trium-
pharet, per resurrectionem è mortuis, & subsecuturam
corporis in Magni Patris magnam domum inductionē.

Quod ipsum cum hodie hora solita efferendum sit,
agite Nobilissime, Amplissime Senatus, agite, qui chari-
tates vestras sub GEBHARDO discentes habuistis, vos
qui favetis Rei scholaſticæ, & de eadem judicio estis pu-
ro, Viri optimi manibus hoc honoris, hoc amoris, hoc fa-
vorabilis ſtudii præſtate, & benevole funus subsequi-
mini: ut qui etiam me non ſubjiciente noſtis: cum fu-
nera proſequimur, ſequi nos optima ad vitam recte du-
cendam, beneq; moriendum Magifteria. Vos vero, qui
ſub vite noſtra meretis, adeste, & ſi quid eſt in vobis
obſervantia, cum in defunctum, tum in docentes ſuper-
ſites, exequiis ite modesti, & jacturam fidissimi Pra-
ceptoris debitè lugentes.

Sic

Sic Deus Opt. Max. Scbolam banc porro servet,
nondum biennium est, triplex deliquum passam, gemitum
ab Eruditissimorum solertissimorumq; virorum
Dnn. Nicii & Thesei abitu, unum ex GEBHARDI obi-
tu. Idem per Sapientem suam benignitatem duit: ut,
qui successorus est, quisquis ille erit, docendi afferat pa-
rem GEBHARDIANÆ assiduitatem, autoritate autem
tanta apud juventutem muniatur; quanta opus est hoc
in omnem licentiam seculo admodum effuso. P. P. ipso
exequiarum die XVII. Febr. A. N. R.

cic lxx.

In piè defunctum.

NE sibi quod functo ponatur Mnema, G E B-
HARDUS

Experiit, laudi quod queat esse suæ.

Non moror. Hoc merito monumentum pono, GEB-
Pacis erat vir amans, gnarus, itemq; pius. (HARDUS
Scrib.

DAVID VECHNERUS.

P Lures dignus eras videre soles
GEBHARDE eximum decus Lycei

B

Noſtri,

M CHRIſТОNORUſ SIEVERIUS

*Nostri, dignus eras: DEO sed hujus
Vite complacuit laboriosum
Munus eripere, & tibi quiete
Præstare auspicium Perennitatis.
Dura hæc conditio tuis, tenet quos
Mæror, dura bonis, acerba nobis:
Sed prognatus homo, verens Dei quod,
Servus cùm faueris, Domus superne
Te Rector vocat, & suum ministrum
Transfert emeritum Poli in theatrum;
Dicens, buc bone serve ades, parato
In Cælis tibi gaudio fruaris:
Intres ætherias, Beate, sedes:
Quæ post fata patent iniqua mundi.
O nobis utinam quoque insonarent
Voices ambrosia suæviores.
Hoc ævo nibil est, nisi quod usque
Aures atque animos ferire possit.
Hinc nemo mage Te fruente puro
Mente Cælicolum sono beatus,
GEBHARDE emeritum Organum Lycei.*

Sic beatum abitum Præceptoris sui quon-
dam fidelissimi prosequitur

M. CHRISTOPHORUS SEIFERTUS.

POst exantatum Morbum florere quibusdam
Qui visus, scholicas rursus obire vices,
Arescit citò quam, qui lauri more virebat,
Tollit & eloquium Mors inopina potens:
Demissos orbes oculorum claudit, & intra
Heu! binas luces, flos perit hic Animi.
Usq; adeo nihil est firmum, verum omne caducum,
Rebus in humanis, quicquid hic orbis habet.

Condolens fundebat

M. CHRISTOPH HASSFURD.

Sufficiat tandem, cumulos, GEBHARDE, laborum,
Nostram qui spectant, sustinuisse, Scholam.
Tædia, sufficiat, multo sudore tot annos
Constanter duri pertolerasse jugi.
Fama canit laudes: spes est mercedis & ampla:
Scilicet in cælo præmia digna feret.

*Collegæ plurimum dilecti abitum
Iugens adornab.*

ANDREAS THESEUS

Cujus vita fuit pietas, studiumq; laborq;;
Non nisi ter felix exitus esse potest.
Id quod GEBHARDÔ emeritô de jure potestur
Dici, crede, mihi qui fuit alter ego.

B 2

Idcir-

Idcirco potius superum gratabor honores,
Mi GEBHARDE, tibi, funera quam dolam.
Illa dies veniet, quâ mox jungemur amici,
Propitius cum nos jussit ire Deus.

Panula qua lugens fund.

MATTHÆUS SEYLERUS.

In obitum suis tristissimum,
nobis verò Collegis acerbissimum

Dn. PAULI GEBHARDI Scholæ
Gorlicensis dum vixit Præceptoris solertissimi
ac meritissimi.

H Ei, bei, jure meum GEBHARDUM defeo fidum,
Quem præter spem mors sustulit è medio.

Non equidem in video, nam tendis ad astra, labore
Perfunctusq; tuo gaudia vera capis.

At nos in medio mærore, labore, furore

Mundi consumpti linquimur, O Miseri!

Pacis amator eras, nulli gravis, omnibus æquus,

Hinc lugens oculus solvitur in lacrymas.

Solvitur in lacrymas nostri cætusq; corona;

Atq; vale, dicit, molliter ossa cubent.

Hoc quoq; cum gemitu, Collega ò care, repono

Sancte cinis, dicens congeminando, vale:

Molli-

*Mollitèr ossa cubent, donèc surgamus ovantes,
Cantemusq; simul carmina grata DEO.*

*Συμπάχων faciebat
PAULUS SCHWERDFEGERUS, Coll.*

In Obitum Dn. PAULI GEBHARDI.

Dum glacialis hyems, gelidæ quæ mortis imago,
Affligit sævo rura paterna gelu,
Friget & immitti GEBHARDUS morte peremptus,
Qui Collega Scholæ lustra per octo fuit.
Ætheriam nunc ille Scholam concessit, & instar
Astri fulgentis splendet in arce poli.
Namq; salutifero pubem qui nectare tinxit,
Justitiæ intrepidus nomen, & usq; sacrum
Numen confessus, fulgebit honoris amictu,
Non secus ac nitidum sidus in axe poli.
Non Te, PAULE, gravi torrebit Sirius æstu,
Nec frigus, nec mors jam metuenda Tibi.
In statione diu, Præceptor amande, molestâ
Vixisti: sed nunc est Tibi tumba quies.
Olim me multos docuisti ritè per annos:
Æquivalens possum non retulisse Tibi.

Condolens appos.

ANTONIUS SCHMIDT.

Mors omnibus communis.

Est sub sole nibil, ceu rerum clamitat usus,
Durare quod possit diu:

B 3

Ipsi

Ipsi sunt homines ut dulcia gramina campi,
Quæ falce ceduntur cita,
Parcere nam nulli solet isthac Lusca Tyranna,
Nec quis potest banc flectere:
Intentat stultis simul & sapientibus arcum,
Caulas & aulas mors adit.
Ergo oculis lacrymas abstergite, morte GEBHARDI
Quoscunq; lucus occupat.
Nullos marores, sed gaudia dulcia noſter
Defundus in caelo capit.

GEORGIUS CÜCHLERUS.

Ecce ferebaris nuper, GEBHARDE, locali
Motu, mutando pristina teſta domus:
Sed nunc cælestis rellico corpore, motu
Mens petuit magni regna beata poli.
Nam felix omni ex parte est mutatio talis,
Nam ter felices, contigit haecce quibus.
Georgius Neuman.

Κναγεαμιαπιζόμενος.

PAULUS GEBHARDUS.
SUB LAUDE PURGAS.

elis. aſp.

Fata nunc cingunt ſcholicum ſinistra
Pulverem: follers etenim GEBHARDUS

Solvi-

Solvitur vitâ, sed is ad beatas

Volvitur aës.

Membra purgasti Clariæ caterua

Moribus, linguis, pietate: PURGAS

Ipse te, cælō, Veterum SUB amplâ

LAUDE, potitus.

Christophorus Cato, Leob. S.

Αναγερμηποσμὸς

ΓΑΤΛΟΣ ΓΕΒΑΡΔΟΣ.

ΦΤΔΟΣ! ΓΕΡΑ: ΠΟΛΑ.

Ο μακαρίτης τερψ ἀζανασίαν οιχόμενον.

Aμφαγαπᾶ κόσμῳ κόσμον, κόσμουλε πΦαύσκει

Μηδὲν περκνότερον, μηδὲν ἄρειον ἔμεν.

ΦΤΔΟΣ! κτῆμα ἐγώ κόσμος πολὺ Φέρτερον οἶδα:

Τὸν πόλον. οὗτοσὶ γὰρ κτήματα τάντα κεφτεῖ.

Οἶδα ἐπισταμένως. ΓΕΡΑ, οσγε λέληφα πόλοιο:

Κόσμικά ἀρέσκει ἐμοὶ ό πόλα, ἀλλὰ πόλῳ.

μνημόσυνον

Martini Richteri, G. L.

Fallor? an in vivis dum PAULUS desit esse,

Non ruerit Scholici magna columna gregis?

Sic est: sed, multum qua polluit arte, Poësis

GEBHARDUM penitus morte perire negat.

Georgius Asmannus, L. S.

Quò verò Preceptor abis? quò tendis? ad Astra,

Astra Tibi requies sunt, & amica Salus.

Astra

*Astra Tuis calcas pedibus, caput Astra coronans
Fulgida, laetias inter & Astra capis.*
Martinus Gerasius, Crosnâ Sil.

Ad defunctum.

IN Christo placidè dormis, Præceptor amande,
Liber & à cunctis vivis in æthre malis:
Oblitus curas nunc es magnosq; labores,
Discentes multos quos peperere tibi.
O gratam sortem! gaudes sine fine beatâ
Jam requie, & Cæli gaudia magna capis.

Job. Georg. Seibetus, G. L.

Ehen! dirupit GEBHARDO staminæ vita
Atropos & meritis & simul arte gravi.
Ejus sed quanquam corpus committitur astro
Busto: fama tamen sancta superstes erit?
Immo secretus de corpore Speritus ejus
Iam vivit calis, est ubi summa Schola:
In qua præceptor dignissima præmia noster
A Rectore poli largiser accipies.

Johannes Severus, G. L.

Fac lacrumas sistas fido viduata marito,
Noster GEBHARDUS vivit in arce poli:
Vivit in arce poli, & motus sub pectore dulces
Laetitiæ sentit sed sine fine, suo.
Petrus Melissæus, Cæbnitz. Polon.

Mors arrox, nulli parcens, discrimine nullo
Cum sensibus invenes sub sua iuraz strabit

In

*In Cinerem, quo factus homo, convertitur omnis,
Nec quenquam virtus Ingeniumq; juvavit.
Ecce GEBHARDVS adest, pars non postrema Lyssi
Hujus, & exemplo rem probat ipse suo.
Altamen n̄ verè felix, ad gaudia calis
Cui mors in terris porta beata fuit.*

Gottfridus Schärtinger, G. L.

*S*umma dies fragiles GEBHARDI corporis artus
Sustulit, atq; hodiè in tristia busta locat.
Ast animam transfert in Cœlum Christus Jēsus,
Nunc ubi cum sanctis gaudia mille capit.

Christophorus Bernbardus, G. L.

*H*ec Praeceptorem nostrum mors sustulit atra:
Hinc totum gemitu perpetuate dicim.
Tu felix anima, & curas oblita priores,
In gremio placide nunc requiesce D E I:
Et cape possestrix cum sanctis calica regna,
AEterna & vita gaudia carpe polo.

Johannes Wiesenerus, Gor.

*S*iccine debebas (dolor hen!) Libitina GEBHARDI
Doctoris vitæ rumpere fila suæ:
O tristes stimulos, discrimina tristia fati!
Est cur condoleant patria tecta schoiz.
Sit modus in luctu, luctum teneatis amici,
Hic noster sentit gaudia vera Poli.
Non patitur cælō per singula membra dolores,
Quos patiebatur vivus in orbe miser.

C

Gaudia

Gaudia jam sentit sudore, labore parata:
Propterea meritò præmia digna tulit.

DVra InCLEMentIA fuit
accusabatur à

Johanne Zachariâ Keslerô.

So hat der liebe Mann nun müssen auch erkalten/
Ein Mann der immer halff in ernst den Schulstand walten/
Und wandt ab Büberey / die sich fast blicken lest
In dieser unser Schul. Ach halte doch recht fest
Du treuer fromer GOTT / das Häufflein der Gelehrten;
Denn wenn dieselben es dem Teuffel nicht verwehrten/
Durch dieses Geistes Krafft / er würde stüffen frey
Der Sprachen Untergang und lauter Barberen:
Wenn etwan bey uns solt der Krieges Teuffel wütten/
(Der Höchste wolle es in Gnaden ja verhütten/)
Wo wolte man zulezt doch irgend treffen an
Auch in der weiten Welt / nur einen weisen Mann.
Es gehen gleichwohl hin die recht Gelehrten Alten/
Und niemand wil fast mehr auf Schulen etwas halten:
Es wird bey dieser Zeit nicht eine Schul erbaut/
Den Stehenden wird nichts als böses nur gedraut
Der gänzliche Verderb. Wer es nur recht bedencket
Derselbe sich gewiß bey dieser Leiche fräncket:
Denn wenn zumahl jekund verstirbt ein solcher Mann
Desgleichen man so bald nicht wieder haben kan/
So hat es viel auf sich. Wir müssen wohl von Herzen
Der Sache dencken nach. Und ja dabey nicht scherzen:
Ein jeder Wünsche nun / so viel Er wünschen kan
Der süßen Ruh. Er ist und bleibt ein seelig Man.

Georgius Otto.
Ad

Ad Vidaam.

O viduata viro! lacrymas ne fundito tantas,
Credas sic summi velle fuisse D E I.
Sic etenim in cæli pallatia transtulit: in quæis
Latitiis fruitur fine modoq; sine.

D. C. Glauswiß/ Hexapolitanus.

Kάτθανε τουλυμαθής ὄντως ὁ Γέβαρδός, ὃς ήμιν
‘Ηγεμόνευσε καλοῖς καὶ προέφηνε τρόποις!
Κάτθανεν! ἀλλ’ ἐμπης πολυφερτέρου ἔλαχε ζωῆς
Τῆς πάνυ ἐύπυχές, τῆς πάνυ ἀτρεκές.

Christophorus Richsteigius, Zullich. Sil.

Certum est! ex vita tandem decedimus omnes;
Pallida mors tandem sua spicula dirigit in nos
Quod docet exemplum Venerandi illustre GEBHAR-
Præfuit in multos qui sedulitate per annos (DI,
Eximio huic ludo. Sed quisq; potentibus armis
Subjectus Mortæ est. Omnes nam cogimur ire,
Justus & injustus, quæ ducit, semitam, ad altam.

Der seelig verstorbene Herr Gebhard ruffet
uns gleichsam zu sprechend.

Er wechsel ist mir Lieb den ich nunmehr getroffen
Hier/ hier/ rufft uns Herr Gebhard zu/ ist Kuh zu hoffen/
Im schön bestirnten Saal/ da Jesus ist die Frewd/
Da wil ich Bürger sein/ wo Angst nicht ist noch Leid.
O blaues

D blaues Fürsten Schloß / mir bistu nun mehr worden/
In dem ich bin versetzt in schönen Engel Orden.

Drumb weg du stolze Welt / hier ist die Ewigkeit/
Die längsten mir und allen Christus hat bereit.

David Schmidius, Seydenb. Luf.

E Heu! Gebbardi nostri venerabile corpus
Inferimus terris: Plangite Pierides.

Gebbardum mors dira rapit! vah! impia Fata,
Per quæ non licuit longius bocce frui.

Ehrenfriedus Hagendornius.

Ductu odes Horat. XXXVIII. Lib. II.

Carminum.

Protopopœia demortui.

Cœlicos jam jam cupio paratus:

Disciplicet vitâ fruier molestâ:

Mitto sestantes varios honores

Corde superbo.

Omnis nervis veneror Jehovam,

Ac ei laudes cano, nam ministrum

Hoc decet: semper bibo Nectarisq;

Pocula puri.

Job. Christoph. Lindt / Hanov-Sil.

—(o) —
—

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006931 8